Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



60

nomen eius ihm. Cum ergo natus esset ihs in bethlem iudae
in diebus herodis regis. et ecce. de ciuitate bethlem matth
lucas que consentiunt. sed quomodo et quae causa adeam ue
nerint ioseph et maria lucas exponit matheus praeter mittit
contra de magis ab oriente uenientib; lucas tacet matheus
dicit. Ita contexens ecce magi ab oriente uenerunt hie
rosolimam dicentes. Ubi est qui natus e. rex iudaeorum
uidimus enim stellam eius in oriente et uenimus adorare
eum. Audiens autem herodes rex turbatus e. et omnis
ierusalem cum eo. et congregans omnes principes sacerdotum
et scribas populi sciscitabatur ab eis ubi christus nasceretur.
Et dixerunt ei in bethlem iudae sic enim scriptum e. per prophetam
et tu bethlem terra iuda nequaquam minima es in principibus iuda
ex te enim exiet dux qui regat populum meum israel. Tunc herodes
clam uocauit magos diligenter didicit ab eis tempus stellae quae
apparuerat eis. et mittens eos in betheem dixit euntes
interrogate diligenter de puero et cum inueneritis nuntiate mihi
ut et ego ueniens adorem eum. Qui cum audissent abierunt
et ecce stella quam uiderant in oriente antecedebat eos usque
dum ueniens stetit super ubi erat puer. Videntes autem stellam
gauisi sunt gaudio magno ualde. et intrantes domum inuenerunt
puerum cum maria matre eius et procidentes adorauerunt eum
et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera aurum thus et myrrham
et responso accepto in somnis ne redirent per herodem aliam uiam
regressi sunt in regionem suam. Hoc totum lucas praetermisit
sicut matheus non nascitur quod lucas nascitur in
praesepio positum dnm. et quod pastoribus eum natum an
gelus nuntiauerit. et quod multitudo militiae caeli
facta e. cum angelo laudantium dnm et quod uenerunt
pastores et uiderunt uerum esse quod eis angelus nun
tiauerit et quod die circumcisionis suae nomen acciperet
et quae post impletos dies purgationis mariae idem lucas
nascitur quod attulerint eum ad hierusalem. et de sy
meone et anna quae dixerint de illo in templo postea
quam cognouerunt eum impleuisse omnia haec tacet
matheus unde merito quaeritur quando facta sint siue
quae matheus praeter mittit. Quando quidem matth
regressus in regionem suam magis quique uenerunt abori
ente. sequitur et nascitur ioseph a angelo admonitum
ut cum infante in aegyptum fugiret ne ab herode nega
retur. Deinde herodem illo non inuento abiisse et
infiniti pueros occidisse. Defuncto autem herode redisse
ab aegypto audito quod archelaus in iudaea reg
nare pro herode patre suo habitasse cum puero in gali
leae ciuitate nazareth quae omnia lucas tacet

et lucas dicit. siue quae lucas dic. et matheus praetermittit.